



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quęstio 1. Quomodo & quando dies breuiati?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

pentitice animaduertum lege fuerit in sectarios. Quae vide Bellarminum lib. 3. de pontifice. cap. 7. & in eius defensione nostrum Gieslerum. Plura de hac calamitate in cap. 12. 1. Danielis. Et venit tempus quale non fuit ab eo, ex quo gentes esse coeperunt.

VERSUS 22.

Et nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro: sed propter electos breuiabuntur dies illi.

QUESTIO I.

Quomodo & quando dies breuiati?

Augustino questionem proponit Hefychius de tempore extremi iudicii, & addit: Breuiati dies, id est illos cognosci non posse. Hoc Augustin. Epist. 80. prius intelligere se negat. Si enim ex pluribus sunt pauciores, falsa est prophetia de pluribus. Nam non ignorabat angelus Dominum dies breuiaturum, nec prophetia Christi, prophetiam de finit Danielis, siue igitur dies singuli breuiiores facti sunt, siue aliqui decurrati, ut essent pauciores, id à Daniele & Christo prædictum est. De decurrati sunt autem seu *ἐκκλινόμενοι* ut Marcus habet, à Domino. Non quod cum ante plures decurrisset, postea vero rescessit in pauciores redegit, sed quod curtos seu paucos esse iusserit à principio, sic arcitare tempus dicitur, non qui abbreviat, sed qui breue constituit.

§. 1. Decurrati sunt obsidionis tempore. Cum enim diuissime Iudæi defendere se potuerint, breui in potestatem transierunt. Nam primo seditionibus seipsi attriverunt. Deinde frumentum penè omne, quod non paucis anni sufficere potuit, incendio absumptum. Ioseph. lib. 6. cap. 1. belli. Nullos apparatus fecerant, eodem loco, præfente Tito pugnati in templo, cap. 4. Imo Iosephus cap. 11. Fontes Tito superiores fuisse narrat, qui ante auerant. Ita præparata est obsidio, cum Iudei reliquias populi miseratus, liberare contendit, & non eos aggeres instruit. Et tandem ingenti periculo superat, multosque seruauit, quod si obsidio esset protracta, non esset salua facta omnis caro, sed propter electos dies illos Deus breuiavit. Hoc ergo tempus definiunt decurrati dies Chrysostom. & Politas, & nonnulli recentiores.

§. 2. Hanc sententiam ut non oppugno, ita aliam sententiam esse demonstrato, quam tempus persecutionis Antichristianæ breue fore promittitur. Durabit enim per tempus, & tempora, & dimidium temporis, ut est apud Daniel. 12. 7. Deinde propter electos tempus persecutionis Antichristianæ breuiaturum potius, quam obsidionis. Neque enim vel ad idola colenda cogebatur, vel à Deo Titus auocabat. Imo sacrilegia illis obsecrat. Ioseph. lib. 7. cap. 4. Nonne vos cancello locum Iudeorum protexistis? Nonne litera Græci ac nostri incisas portas constitistis? quibus ne septa cuiquam transiret, clauderetur? Nonne eos qui transissent, quamuis Romanus esset, non necare permisistis? Quid igitur in eo etiam mortuos conculcastis, & nocentissimi? aut cur templum externi, & gentium sanguinis confusione polluitis? Promittit deinde non accessurus ad templum Romanos, si illi inde discedant, seruabo autem, inquit, vobis etiam nolentibus. Dedititio autem pontifices, quod sciret illis grante esse in alienigenis moribus versari, misit Gophnam, ut quæriturum confunderet, ad nullum crimen igitur electos impellebat. Titus, at nec seditiosi. Clarum autem videtur ex vers. 24. Surgent enim pseudochristi, &

dabunt signa magna, & prodigia, ita ut in errorem inducantur, (si fieri potest) etiam electi. At à signis seditionis, & prophetarum quos subornarunt, signa & prodigia non fuerunt, connectuntur autem ista. Et nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro. Tunc si quis vobis dixerit; Hoc tempore breuiaturum deum. Surgent enim pseudoprophetae, &c. At vero Antichristi tempore pugna religionis, & persecutio non externa modo, sed etiam spiritualis erat, ubi periculum labendi est, non ubi de imperio certatur. Lucas qui alia ad Ierosolymitanam obsidionem accommodat, de abbreuiatione dierum omittit. Itaque tanta seductio, quæ etiam electos afflat, tempore Antichristi fuit: neque Iosephus, nec ullus auctorum est, qui tempore obsidionis tanta signa & prodigia facta dicat, ut Christianos à fide abdukerint. Sed rapinas, crudelitates, seditiosi non faciebant miracula. & scelera prodigiosa omnia inundabant. Nec ideo omisit, quod bellicis intentus illa negligeret, cum ad belli causas pertinerent. Deinde prophetæ quos seditiosi producebant, siue eorum duces, non Christos alios, Ioannem, Eleazarum, aut Simonem dicebant: sed vestri vsu dicebant: Ego sum Christus: sed n. que magi de quibus lib. 2. cap. 12. loquitur Iosephus tanta signa faciebant.

Seductores, inquit Iosephus, homines & circumuentiones, sub specie religionis nouis rebus studentes, vulgus insanire fecerunt. nam in solitudines egrediebantur, promittentes Deum signa eis ostensurum libertatis. Contra quos Felix (videbatur quippe semina defectionis esse) mittens equites atque pedes armatos, magnam multitudinem interfecit. Maiore autem plaga Iudeos afflixit Aegyptius quidam pseudopropheta. Adueniens quippe, in prouinciam. Magnus cum esset, Propheta opinionem sibi arrogans, triginta ferme millia hominum congregauit, quos vana seductione deciperat. Et circumducens eos, de solitudine in montem qui vocatur oliuarum, inde ad Hierosolymam nitentur ascendere: depulsoque Romanorum presidio in populares exercere dominationem. Vcebatur autem stipendiis, qui ad id facinus conuenerant. Prauidit sane eius impetum Felix, & occurrens cum ipsis Romanis armatus, quos etiam Iudeorum reliqua multitudo inuabat, in se conflicti. Et Aegyptius quidem cum paucis fugit. Plurimi autem qui cum ipso fuerant comprehensi atque vinculis traditi sunt. Reliqua vero multitudo in regiones proprias dispersa est. Compresis vero his etiam, sicut fere in agro corpore, rursus pars altera tumescebat. Magi enim quidam & latrones collecti, multis afflictionem inducebant: & quasi ad libertatem vocabant, mortem apertissimam comminantes, his qui Romanorum principatui obedire voluissent: ut vel reluctantes auerterent eos qui spontaneè serrent seruicium. Dispersi ergo per totam regionem diripiebant quorumque potentium domos, eosque insuper trucidabant: inflammabant etiam vicos, ita ut desperatione eorum tota Iudæa protinus impleteretur.

Seducunt illi quidem aliquot millia, sed tamen paucierant, qui illos Christos credebant; Nam tres illi principes obsidionis tempore à nullo homine, ne à suis quidem, satellitibus pro Christis habiti sunt: à ciuibus, vero & sacerdotibus Iudeorum pro scitissimis latronibus estimabantur. Etsi igitur quispiam suspicari sine vlla auctoritate velit, quædam illusiones magorum illo misereabili tempore fuisse, in metropoli Iudeorum, non tamen signa & prodigia fuerunt talia, ut posset quispiam credere latronem aliquem Messiam esse, aut si talia fuerunt, ut multi crederent, non id historia tacuissent.

§. 3. Quomodo pro Ecclesia pugnando Deus tempus decurrat, ut spirituali Antichristum euerterendo suo loco ostendat. Nunc eius reitryptum in obsidione Christus demonstrat, cum pro Romanis contra sacrilegos stetit. Ioseph. lib. 6. cap. 1. & lib. 7. cap. 16. Intro Titus ingressus, & alia, & ciuitatis munitiones, ac curiarum cautas miratus est, quas tyranni per dementia deferuerant.

rant, conspecta quidem earum solida altitudine, itemq, magnitudine, subtiliq, lapidum compagine singulorū, quantumq, patenter, quantumq, erigerentur. Deo, inquit, plane adiuvante pugnavimus. Et Deus erat, qui detraxit ab istis munitionibus Iudeos. Nam quæ hominum manus, aut quæ machina ad istas valeret? Quin Titus se Dei instrumentum fuisse, ad gentis impiæ excidium professus est. Forte inter obfidendum veteres historias Bibliorum, & prophetas legit, & in illis: *Assur virga furoris mei*. Ita quæ oblatas à vicinis provinciis coronas recusavit, ut Philostratus habet lib. 6. *Se enim eo honore indignum testatus, non esse sua illa opera, se Deo iracundiam suam demonstranti commodasse manus*. Hæc Titus modeste vsus V. & oriā, nec sua sponte in Iudeos secessus. Interim tamen etiam respiciendum, ut dixi, ad extremum verum. Chrysostomus de Antichristo proxime sequentia interpretatur: *ἐς τὰ ὅσα τὸν ἀντίχριστον φησὶ, καὶ δεικνύσι τοὺς, καὶ ἀπονομιζόμενους αὐτῷ καὶ ἐκ τῆς παλαιᾶς φησὶν [ἱστορίας] καὶ λέγουσιν ὅτι αὐτὸν ἀπαφύλακτον [ἔχον] ἀπὸ πάντων ἐπιτηδεύσεων. ἔστιν ἡ παρρησία καὶ ἀνέγκειται ὁ σατανᾶ, ἐν πύλαις διασπείρει τὸν σπέρμα, καὶ πέσει ψεύδους, ἐν πύλαις ἀποκρύπτει τοὺς ἀδελφούς ἐν τοῖς δόγμασι τοῖς. Id est, Antichristus autem significatur, cui nonnullos etiam ministraturos ostendit: quem Paulus hominem peccati, filium perditionis appellavit. Deinde adiecit, cuius adventus est secundum operationem Satanæ, in omni virtute, & prodigiis mendacii, in omni deceptione inhiulitæ, in his qui perduntur.*

VERSVS 24.

Surgent enim pseudochristi & pseudopropheta: & dabunt signa magna & prodigia, ita ut in errorem inducantur (si fieri potest) etiam electi.

QVÆSTIO I.

Quæ signa Pseudoprophetarum?

Signa falsa. §. 1. *Am ostendi signa obfidionis tempore non esse: edita: quæ magnitudine sua possent quemquam à fide abducere. Ioseph. l. b. 7. cap. 12. oraculo excitatos ait ad rebellionem, & cap. 11. sex millia à propheta deceptos confugisse ad porticum in qua cremati sunt. Miracula tamen illis tribuit omnino, nulla in obfidione.*

§. 2. *Signa & prodigia magna vocat, non vera, non quod reuera magna essent, sed quod ita Satanæ alia facta sint, ut magna viderentur, aut si, ut dixi, facta non sint, futura sint: nam ad Antichristum Chrysostom. Theophil. alique referant. Magnitudinem eorum Christus ex hypothese demonstrat, ita ut in errorem inducerentur, (si fieri posset) etiam electi. Possunt induci in errorem electi, si eorum spectes naturam & infirmitatem; sæpe etiam in graves errores, & peccata reipia inducuntur, resurgunt tamen, & salus eorum ex electione vocantis restituitur. Hic Christus loquitur de illo errore, qui perpetuus est, & ad mortem perseuerat. Tam igitur magna illa signa sunt, tam verisimilia, ut electi illis credere, à Christo recedere, atque in apostasia mori possint, si prodigiorum efficacia, cum eorum viribus conferatur, quia tamen electi sunt, stante hypothese divini decreti quod immutabile est, & certissime saluat, quos elegit, non possunt seduci. Possunt eorum corda concusi, ut Gregor. l. b. 33. moral. fatetur, non concidunt tamen. Non*

est exaggeratio, ut putat Origenes. Nam tempore Antichristi multi magni & fortes cadent: ut est apud Daniel. 11. 10. atque hoc est, quod Rabanus mor. et. Electos secundum Dei iudicium non cadere, electos secundum humanum iudicium cadere. Talia sunt signa, quæ faciunt bestia, & pseudopropheta in Apoc. c. 13. 14. *Et seduxerunt homines habitantes in terra, propter signa, quæ datur sunt illi facere in conspectu bestiarum.* Hæc signa ut plurius exponit Tostatus sunt talia, quæ non sperent naturalem agendi potentiam, quæ est in spiritibus immundis. Talia sunt talia videntur. Miraculum autem verum est, quod est supra rerum naturas, ut mortui suscitatio, cæcitate illuminatio. Quæque nulla creatura potest efficere. Hinc omnia miracula pseudopropheta: sunt mendacia: non quod non veros effectus aliquando edant, sed quod effectus reuera naturales, causarum sola ignorantia hominibus admirandos.

QVÆSTIO II.

An sanctorum miracula respicienda sint, quia miracula etiam videntur facere pseudopropheta?

§. 1. **M**agno furore orthodoxorum miracula erigunt hoc loco Calvinus. Bullingerus, & maioræ stultitia, si enim vera quæ sunt à Dei ferendis miracula repudianda sunt, quia illa imitantur & magi, dæmonum pedissequi, in eundem censum reputanda sunt etiam Christi & Apostolorum miracula. Imo omnis pietas abneganda est, quia pietatis speciem induit, & videntibus imponit hypocritas; denique omnibus sua velleria ponenda, quia illis aliquando teguntur & lupi. Statuendum vero est illam veram Ecclesiam non esse, in qua nulla eduntur miracula. Videmus enim ab Exod. 4. à missione Moysis miracula per desertum, & consequentia Iudeorum tempora vsque ad Christum continuata, atque adeo nostro tempore plurima. Adeo vero illa est nota necessitas ut Christus dicat: *Si operam non fecissem, peccatum non haberent.* Et Paulus 2. Corinth. 12. & 1. Thessal. 2. & H. br. 2. miraculis se doctrinam firmasse pronunciat. Quin Deus sub finem sæculi mendacibus Antichristi signis vera suorum prophetarum miracula opponet, ut docet Apocalypsis. Quin etiam Lutherus fatetur de seruo arbitrio; nullum sine miraculis novum dogma admittendum. At nulla hæcenus in sæculo in Ecclesia miracula visa sunt: & tamen si facere viderentur, tanquam mendacia nobis vitanda esse, ex Christi verbis didicimus. Quare Deus magna miracula nostri sæculi hæresibus miracula negavit, etiam falsa. Quid enim non perficerent, si fraudibus consuetis etiam præstigiis addere possent? Ligatus est Satanæ, non potest, quod operatur. Quod igitur Nero contigit, ut ait Plin. lib. 30. cap. 2. ut Magiam ad discere non posset, etiam nec ingenium, nec opes, nec voluntas, nec studium, nec præceptores decissent: ne summa potentia venefici artibus armareretur; hoc etiam divina providentia decrevit, ne nostri hæretici, cum inter eos magi non desint, vlla possent, vel falsa miracula confirmandæ perfidie producere, cum tamen veteres Valentiniani, Marcionitæ, Gnostici, Montanistæ, Donatistæ, alique omnibus modis in hoc incumberent, & fidem miraculis sibi conciliarent. Vide Iren. l. 1. c. 8. Epiph. hæres. 48. Euseb. l. 6. c. 1. Augustin. tract. 6. in Ioan. Greg. Tur. l. 2. c. 3. hist. Franc. Quæ etiam circa finem mundi, cum solutor erit Sa-